propinqua illi, quæ reſpublica nuncupatur, in qua oportet cenſus diuidere, & alios minores, alios maiores facere. minores quidem, à quibus neceſſarij magiſtratus capiantur: maiores verò, à quibus capiantur ij magiſtratus, qui ſunt principaliores. Et qui tãtum adepti fuerint cẽſum, habiles ſint ad rempublicam gerendam, afferente populo tantam multitudinem per ipſum cenſum, vt cum illa potentiores ſint qui gubernant rempublicam, quàm illi qui non gubernant. Semper autem ex meliori populo capiendi ſunt illi, qui ad ſocietatem reipublicæ recipiuntur. Similiter autem in ea gubernatione paucorum quæ ſequitur, intendentes parumper, eſt inſtituendum. In ea verò quæ oppoſita eſt extremæ popularitati, quæ eſt paucorum potentia, tyrannidi perſimilis, quanto deterrima eſt, tanto maiori opus eſt cuſtodia. Vt enim corpora benè diſpoſita ad ſanitatem, & nauigia benè inſtructa ad nauigandum, multos ferunt errores, nec ob eos ſuccumbunt: valetudinaria autem corpora, & nauigia parum firma, nautiſque inſtructa prauis, ne paruos quidem ferunt errores: ita rerumpublicarum eæ quæ deterrimæ ſunt, plurima indigent cuſtodia. Populares igitur gubernationes per multitudinem hominum omnino ſeruantur. hoc enim opponitur ad illud iuſtum, quod eſt ſecundum dignitatem. Paucorum verò potentium contrà, videlicet per rectam ordinationem oportet aſſequi firmitatem.

CAPVT VII.

Cvm verò ſint multitudinis potiſſimum partes quatuor, agricolæ, artifices, negociatores, mercenarij: quatuor etiam vtiles ad bellum, equites, pedites grauis armaturæ, expediti leuis, & turba naualis: vbi cõtingit regionẽ eſſe ad equitatum aptam, ibi locũ habet aptiſſimum, paucorum potentia illa ſumma. nam conſeruatio habitatorum ab equitibus prouenit. equos verò nutrire, eorum eſt qui magnas habent facultates. Vbi autem regio ad peditatum eſt apta, alteram ſpeciem affectat paucorum potentiæ. nam grauis armatura, diuitum eſt magis quàm pauperum, expediti autem leues & nautica turba, à plebe eſt omnis. Nunc autem vbi talis turba multa eſt, quando ſeditio fit, deterius certant. Sed oportet huius medicinam capere à belli ducibus, qui ad equitum ac peditum robur, expeditos leuis

A τῇ καλουμένῃ πολιτείᾳ, ᾗ δεῖ τὰ τιμήματα διαιρεῖν, τὰ μὲν ἐλάττω, τὰ δὲ μείζω ποιοῦντας. ἐλάττω μὲν, ἀφ' ὧν τῶν ἀναγκαίων μεθέξουσιν ἀρχῶν· μείζω δὲ, ἀφ' ὧν τῶν κυριωτέρων· τῷ κεκτημένῳ τὸ τίμημα μετέχειν ἐξεῖναι τῆς πολιτείας, τοσοῦτον εἰσαγομένου τοῦ δήμου πλῆθος διὰ τοῦ τιμήματος, μεθ' οὗ κρείττονες ἔσονται τῶν μὴ μετεχόντων. ἀεὶ δὲ δεῖ παραλαμβάνειν ἐκ τοῦ βελτίονος δήμου B τοὺς κοινωνούς. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἐχομένην ὀλιγαρχίαν ἐπιτείνοντας δεῖ μικρὸν κατασκευάζειν, τῇ δ' ἀντικειμένῃ τῇ τελευταίᾳ δημοκρατίᾳ, τῇ δυναστικωτάτῃ καὶ τυραννικωτάτῃ τῶν ὀλιγαρχιῶν, ὅσῳ περ χείριστη, τοσούτῳ δεῖ πλείονος φυλακῆς. ὥσπερ γὰρ τὰ μὲν σώματα εὖ διακείμενα πρὸς ὑγίειαν, καὶ πλοῖα τὰ πρὸς ναυτιλίαν καλῶς ἔχοντα τοῖς C πλωτῆρσιν, ἐπιδέχεται πλείους ἁμαρτίας, ὥστε μὴ φθείρεσθαι δι' αὐτάς· τὰ δὲ νοσερῶς ἔχοντα τῶν σωμάτων, καὶ τὰ τῶν πλοίων ἐκλελυμένα, καὶ πλωτήρων τετυχηκότα φαύλων, οὐδὲ τὰς μικρὰς δύναται φέρειν ἁμαρτίας· οὕτω καὶ τῶν πολιτειῶν αἱ χείρισται, πλείστης δέονται φυλακῆς. τὰς μὲν οὖν δημοκρατίας ὅλως ἡ πολυανθρωπία σώζει· τοῦτο γὰρ ἀντίκειται πρὸς τὸ δίκαιον τὸ κατὰ τὴν D ἀξίαν· τὴν δ' ὀλιγαρχίαν, δῆλον ὅτι τοὐναντίον ὑπὸ τῆς εὐταξίας δεῖ τυγχάνειν τῆς σωτηρίας.

Κεφάλαιον ζ.

Ἐπεὶ δὲ τέτταρα μέν ἐστι μέρη μάλιστα τοῦ πλήθους, γεωργικὸν, βάναυσον, ἀγοραῖον, θητικόν· τέτταρα δὲ τὰ χρήσιμα πρὸς πό- E λεμον, ἱππικὸν, ὁπλιτικὸν, ψιλὸν, ναυτικόν· ὅπου μὲν συμβέβηκε τὴν χώραν εἶναι ἱππάσιμον, ἐνταῦθα μὲν εὐφυῶς ἔχει κατασκευάζειν τὴν ὀλιγαρχίαν ἰσχυράν· ἡ γὰρ σωτηρία τοῖς οἰκοῦσι διὰ ταύτης ἐστὶ τῆς δυνάμεως· αἱ δ' ἱπποτροφίαι, τῶν μακρὰς οὐσίας κεκτημένων εἰσίν. ὅπου δ' ὁπλῖτιν, τὴν ἐχομένην ὀλιγαρχίαν· τὸ γὰρ ὁπλιτικὸν, τῶν εὐπόρων ἐστὶ μᾶλλον, ἢ τῶν ἀπόρων. ἡ δὲ ψιλὴ δύνα- F μις, καὶ ναυτικὴ, δημοκρατικὴ πάμπαν. νῦν μὲν οὖν ὅπου τοιοῦτον πολὺ πλῆθός ἐστιν, ὅταν διαστῶσι, πολλάκις ἀγωνίζονται χεῖρον. δεῖ δὲ πρὸς τοῦτο φάρμακον παρὰ τῶν πολεμικῶν λαμβάνειν στρατηγῶν· οἳ συνδυάζουσι πρὸς τὴν ἱππικὴν δύναμιν καὶ τὴν ὁπλιτικὴν, τὴν ἀρ-

τὴν ἀρ-